1254 *Holwoodhill, Kent;* tegulae repertae a. 1828, inscriptae

x

A. I. Kempe Archaeologia 22, 1829 p. 336 ss. Fortasse signum fortuitum.

1255 *Caerwent* (v. supra p. 37), in tegula scariphatum. Servatur in museo Iscensi.

BELLICIANVS
BELLICIANVS
BELLICIANVS
BELLICIANV

Descripsi. E. Lee *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 270, Isca p. 44 tab. 24, 1.

1256 *Chesterford, Essex; inscription lightly scratched on a brick, in the hands of Mr. Shepherd, a farmer, near the church.* Videtur periisse.



Goughs Camden 2 p. 141 tab. 4 fig. 17. In actis societatis antiquariorum Londiniensis minutis frustra mea causa quaesivit Watson.

Distinguuntur nomina *Litugenus* et *Maccus*; v. 3 fortasse *feliciter* est.

1257 Camuloduni, rep. a. 1852 in horto botanico; tegula litteris scariphatis. Servatur in museo urbico.

PRIMV

Descripsi. S. Birch *ancient pottery* 2 p. 361 qui legit *Primus* sive *Primulus.*

1258 Tegula rep. in *Cramlington* prope *Gosforth* (cf. supra p. 169); servatur in *Newcastle* in museo. Litterae scariphatae.

TI PRIMVS

Descripsi. *Lawson de Cardonnel first report of the soc. of antiq. of Newcastle-upon-Tyne* 1814 p. 43; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 238, *catal.* p. 18, 50 *f.*

TIPRINVS Lawson, Bruce.

Ti(tinius?) Primus?

1259 Callevae (*Silchester* supra p. 16), in tegula scariphatum.

E PVELLAM

A. W. Franks dedit.

. . . *e puellam*

1260 Ventae (*Winchester*; supra p. 16), tegula litteris scariphatis.

I K L M

S. Isaacson *assoc. journ.* 1, 1845 p. 312 qui partem alphabeti esse perspexit. Talia non rara esse in tegulis Romanis notum est; sed observant amici etiam aetate quam dicunt media similia tegulis inscripta esse in Britannia; unde cavendum.

1261 *Reculver, Kent* (v. supra p. 20), litteris scariphatis, quae inter varios ductus fortuitos aegre distinguuntur.



I. Pownall Archaeologia 8, 1787 p. 79 tab. 2. In actis societatis minutis frustra mea causa quaesivit Watson.

LXXVIII. TESSERAE.

Tesserae in Britannia repertae sunt perpaucae; de satis multis aliunde eo delatis et servatis maximam partem in museo Britannico dixi in actis acad. Berol. minoribus a. 1867 p. 760 ss. (cf. *rev. archéol.* 17, 1868 p. 420 ss.). Tessera n. 1265 eius generis est, de quo disputaverunt Henzenus (*annali dell' inst.* 20, 1848 p. 275 ss. et 22, 1850 p. 357 ss.) et Wieselerus (in catalogis duobus lectionum universitatis Gottingensis a. 1866 et 1866/7); eiusque quoque generis exempla non pauca originis externae servat museum Britannicum. Falsos esse titulos n. 20* et 21* fusius exponere supersedeo. Similia quaedam aperte novicia, veluti fragmentum osseum quod servatur in museo Camulodunensi (catal. n. 555), omisi.

1262 Tessera aenea supra perforata, cum ansa; rep. paullo ante a. 1747 in vico *Mergate* s. *Market-street* in *Caddington parish, Bedfordshire,* non procul a via *Watlingstreet,* m. p. Anglica V a *Dunstable.* Societati regiae proposita est ab I. Clark; ubi extet ignoro.

I. Ward *philos. transact.* 45, 1748 p. 224 ss. in tab. sua magnitudine, quam tabulam hic repetendam curavi dimidio minorem (inde Goughs Camden 2 p. 56 tab. 2 fig. 3; indidem ex Marinii schedis enotavit Rossius; ego act. acad. Berol. a. 1867 p. 767).

tes(era) dei Mar(tis) Sediarum? *Sediae* potest nomen gentis esse.

1263 Tessera ossea rep. in *Kings Seggemore* prope *Somerton;* servabatur *at Chilton Polden;* proposita est in *Bristol* a. 1851 in museo instituti archaeologici ibi tum sedentis.

APRILIS·

Archaeological journal 9, 1852 p. 107 (*Bristol meeting* 1851 p. LXV); inde repetevi act. acad. Berol. a. 1867 p. 767.